

## 18.

*Goriško-Tirolski grof Albert (II.) podeli Majnclinu (IV.) "Manjšemu" Turjaškemu in njegovim dedičem s privolitvijo vseh njegovih kastelanov na gradu Hmeljnik v fevd bivališče (aream) z vsemi pritiklinami na istem gradu, ki ga je nekoč imel Majnclinov ded Pucelin.*

**1290 februar 18, Mehovo.**

*Orig. perg. (140 × 185 + 16 mm) v GAFA, predal 1 (A). — Prepis iz 18. stol. nekoč na Turjaku (priložen originalu), danes v ARS 992, Osebni fond Richter, fasc. 2, z datumom 25. (!) februar (B). — Prepis iz 18. stol. v ÖNB, cod. 7561, fol. 1', št. 3 (C). — Prepis s konca 18. stol. v ARS 1073, ZR, II 76r, fol. 60–60' (D).*

*Reg.: Elze, Urkunden-Regesten, str. 12–13, št. 9, z datumom 22. (!) februar, po A. — Komatar, Schloßarchiv, str. 130, št. 16, z datumom 22. (!) februar, po A.*

Noscat presens etas et futura posteritas presencium per tenorem, quam nos Albertus Goricie et Tirolis comes, ecclesiarum Aquilegensis, Tridentine ac Brixinensis advocatus pensatis et confirmatis fidelibus serviciis nobis hactenus hucusque exhibitis et factis per Menzlinum minorem de Owersperch ac nobis et nostris heredibus per ipsum Menzlinum et suos heredes exhibire poterunt in futur(um) cum bona voluntate ac consensu omnium castellanorum seu burgraviorum nostrorum in castro nostro Hopphenbach<sup>ee</sup> predicto Menzlino suisque heredibus habitis vel habendis videlicet huius heredibus, qui cum nostris hominibus matrimonialiter et legitima contraxerint aut se cum residentis sibi nostram verterint aut traxerint potestatem aream unam situatam in dicto castro Hopphenbach quam olim habuit et in qua residebat Pūzlinus,<sup>ff</sup> aws memorati Menzlini, cum omnibus attinenciis et pertinenciis ac viribus quocumque censeantur nomine ad rectum feudum contulimus perpetue possidendo. In cuius rei testimonium, ne de premissis fiat dubitacio, sed potius rata permaneant et inconwlsa antedicto Menzlino suisque heredibus pretaxatis hoc scriptum dari iussimus nostri pendentis sigilli munimine roboratum. In presencia testium sub scriptorum, qui sunt milites nostri: Wlfingus de Chranchberch, Dietricus de Schonenberch, Wlricus de Trefen, Otto dictus Schalk magister curie nostre, Gerlochus de Herrenberch, Otto de Valkenstein marschalcus noster, Menhardus de Owersperch, Otilinus de Owersprch et alli quamplures. Actum et datum in castro nostro Mychoŵ, anno domini milesimo ducentesimo nonagesimo, indictione tercia, die undecimo exeunte februario.

---

<sup>ee)</sup> h na razuri.

<sup>ff)</sup> P na razuri.

*Poškodovan okrogel konjeniški viseči pečat izstavitelja v naravnem vosku na perg. traku; napis: [S ALBERTI COM GO]RICI[EG] TIROL AQVI[L BRIXD TRID AD - VOCAT] (= št. 19, dopolnila po Heyrenbach, ÖNB, cod. 7561, l. c.) {pril. 5}.*